



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 27. S. Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

est, prohibeantur. Ad Altare oratio sem- Sæculum IV.
per ad Patrem dirigatur, & qui orationes A C. 397.
transcribent, iis non utantur, nisi prius
viris, se doctioribus, legendas dederint. c. 47.
In fine hujus Concilii Catalogus Sacra-
rum Scripturarum illi, quo hodie utimur,
omnino conformis legitur.

§. XXVII.

S. Chrysostomus Episcopus Constantopolitanus.

Brevi tempore post hoc Carthaginense *Socr VI.c.2.*
Concilium Nectarium Episcopum *Sozo. VIII.*
Constantinopolitanum mors sustulit. c. 2.
Hanc Ecclesiam sexdecim annis rexerat, *Pallad.*
atque quinto Calendas Octobris, Cesa- *Dial. p. 42.*
rio, & Attico Consulibus, nempe 27. Sept.
anno 397. vivere desit. Aliquamdiu de e-
ligendo Successore deliberatum, non nulli
nominabantur, aliqui ultiro se ipsos offe-
rebant; nempe Presbyteri, Palatii Cæ-
farei portam angustantes, quorum alii
datis muneribus vota emebant, alii fle-
ctebant genua coram populo, qui vecor-
dem abjectionem indignatus, apud Cæ-
farem instituit, ut virum Sacerdotio di-
gnum quæreret. Evnuchus Eutropius,
e cuius nutu Imperator Arcadius pen-
debat, aliquando in Orientis Provincias
pro utilitate Cæsaris profectione susce-
pta S. Joannis Chrysostomi merita no-

Hist. Eccles. Tom. V.

G visse

Sæculum IV. viisse cœperat, cumque viri fama toto Im-
A. C. 397. perio perferretur, unanimi populi, Cle-

riique consensu, & approbante Impera-

Sup. l. XIX. tore in urbis Episcopum electus est. Non

n. 7. ignorabant vero Constantinopolitani,

quam charus Joannes civibus Antioche-
nis esset, ubi duodecim jam annis Pres-
byteri functionibus vacabat, & quam pro-
nus ad seditiones esset ille populus; ideo,
suadente Eutropio, Imperator ad Aste-
rium Comitem Orientis scripsit, jubens,
ut Joannem Presbyterum, nemine con-
scio, ad se mitteret. Comes, accepta
Epistola, Joannem tanquam in subito ne-
gotio per suos rogat, ut in Ecclesiam pro-
pe portam Romanam ad se veniret; ad-
venientem in currum recipit, & equos

diligenter impelli jubet usque ad locum,
quem Bagras dicebant, ubi eum in ma-
nus Evnuchi, alteriusque Ministri tradit,
qui missi erant, ut Joannem Constanti-
nopolim perducerent.

Ut majori solemnitate Joannis ordi-
natio decoraretur, Imperator Concilium
convocaverat, & præprimis Theophilum
Alexandrinum, in suo Imperio primæ Se-
dis Episcopum. (*) Theophilus Episco-
pum

(*) En iterum rarum in Interpretate Acatho-
lico sinceritatis, & fidei exemplum! Hic Fleu-
rius narrat, ab Imperatore Arcadio Theophilum
Ale-

pum Constantinopolitanum constituere Sæculum IV.
cupiebat Isidorum Presbyterum, qui diu A. C. 397.
vitam Monasticam in deserto Sceti du-
xerat, tunc autem Nosocomii Alexan-
drini Rectorem; præter alia non parva
merita, terebatur etiam Theophilus erga
eum gratitudinis vinculo teneri, quod
olim commissum sibi negotium periculu-
sum, & arduum feliciter gessisset. Aje-
bant, in bello, a Tyranno Maximo moto,
Theophilum Isidoro munera, & Episto-
las commisſe ad ambos Imperii aemulos
Theodosium Imperatorem, & Maximum S. Chrysost.
directas, atque jussisse, ut prius belli e-
ventum exspectaret, illi deinde dona, &
litteras traderet, qui vicisset; Isidorum
quidem jussa fuisse executum, at deinde
deprehensum, & Alexandriam fugere
coactum. Tali arte Theophili gratiam
iniisse dicebatur. Ubi S. Joannes Chry-
sostomus Constantinopolim advenit,
Theophilum, in discernenda hominum

G 2 Physio-

Alexandrinum, in suo Imperio primæ Sedis E-
piscopum, ad Concilium vocatum fuisse (bene
notandum, Arcadium non totum Imperium, sed
solum Orientem rexisse) Interpres votem rela-
tivam in suo Imperio mutat cum alia: in *toto*
Imperio; quare hoc? nempe ut Summum Pon-
tificem a Primitu deturberet palmari mendacio.
Præclarum sane suæ Ecclesiæ, qualiscunque illa
sit, defensorem!

Sæculum IV. Physiognomia peritissimum, haud vulga-
A. C 398. ris viri species, ex qua audacia, & singu-
laris constantia elucebant, perterrituit; hinc multo magis ejus Ordinationi re-
pugnabat; sed tandem consensit compulsa-
tus, dum ei Eutropius libellos ostendit, Episcopis oblatos, quibus accusaba-
tur, optionem faciens, ut ad has accu-
sationes diluendas se pararet, aut in Ele-
ctione aliorum Episcoporum votis acce-
deret. Ergo tempori cessit, & Joannem
26. Febr. Honorio quarto, & Eutichia-
no Consulibus, seu anno 398. in Episco-
pum Constantinopolitanum ordinavit.

S. Chrysostomus in primo ad popu-
lum suum sermone, qui hodie non extat,
de pugna Davidis contra Goliathum lo-
quitur, promittitque proxime contra A-
nameos dicere, & promisso stetit in se-
cundo sermone, quem exorditur in hunc

Hom. contramodum: Una, & sola die ad vos locu-
Anom. Gr. tus sum, jamque tanto vestri amore te-
to. 6. p. 434. *neor, ac si inter vos enutritus essem!*
Lat. to. I. *quod equidem non tam meæ charitatis*
magnitudini tribuendum, quam quod vos
maximo amore digni sitis; quis enim ze-
li vestri ardorem, charitatis sinceritatem,
affectionem in Pastores, & Doctores vestros,
unionem, concordiamque inter vos ipsos
non admiretur? bæ dotes omnium corda
flestant necesse est, nisi Marpesia caute sint
duriora. Hinc est, quod vos nibilo mi-
nus,

mus, quam Ecclesiam, in qua natus sum, Sæculum IV.
diligam, in qua nutritus, & educatus A. C. 398.
sum! Ecclesia illa vestra soror est, id enim
actuum vestrorum conformitas demon-
strat. Si Antiochena Ecclesia antiqui-
tate præcedit, vestra tamen fidei ardore
præstat? ibi plures numerantur, & con-
cio frequentior est, hic vero plus patien-
tiæ, & Christianæ fortitudinis inveni-
tur! undique lupi vos circumstant, nec
tamen ideo grex minuitur, sævæ tempe-
stati, & hæresis grassanti flammæ viri-
liter resistitis! Verum omnino erat,
quamvis Anomeis, aliisque Arianis pu-
blice Constantinopoli convenire non li-
ceret, iis tamen hominibus Regionem
fuisse impletam, etsi de Marcionitis, Ma-
nichæis, & Valentinianis nihil dicatur,
quos simul in hoc sermone S. Joannes
aggreditur.

§. XXVIII.

Leges pro Ecclesia.

Quanta Hæretorum Constantinopoli L. 30. 31. 32.
fuerit contumacia, ex legum mul- 33. 34. Cod.
titudine, quæ ad eos reprimendos ferri Theod. de
debuerunt, deprehenditur. Omissis il- hær.
lis, quæ superioribus annis latæ sunt,
tres habemus de anno 396. unam de an-
no 397. & unam de 398. quæ partim
contra Hæreticos generatim, partim con-
tra Eunomianos, & Apollinaristas ema-
narunt.